



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1765**

**VD18 90118243**

§.37. Altera Sessio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66255)

Sæcul. XIII.

A. C. 1274.

Luc. 22. v.  
15.

Conc. p. 957.

signatæ. Deinde Papa orationem habuit pro themate illa sumens verba: *Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum.* Et cum paululum quieveret, exposuit convocati concilii causas, scilicet mittendum terræ sacræ subsidium, reconciliationem Græcorum, morumque correctionem. Demum sessionem alteram in futuram diem lunæ indixit. Tum depositis ornamentis recitavit nonam, sicque primam sessionem finiit.

In hujus ac secundæ intervallo ad Papam & Cardinales vocati sunt singuli Archiepiscopi cum uno quisque Episcopo, & uno cum Abbate provincie suæ, quos Papa seorsum in conclave suum directos permovit ad decimam proventuum sacrorum partem sibi per sexennium petendam, quod eodem anno 1274. a festo S. Joannis die ordirentur.

## §. XXXVII.

*Altera sessio.*

18. Maji.

Secunda concilii sessio fiebat die Veneris 18 Maji. Eadem ibi ceremonie quæ in prima, observabantur. Papa orationem quidem tunc dicebat; faciebat tamen verba de priore materia. Pro mulgatis dein sanctionibus, quæ spectabant ad fidem, dimissi sunt Nuncii Collegiorum, Abbates Prioresque non invitati.



lati, exceptis illis, qui nominatim ad concilium accersiti fuerant: cæteri quoque minores Præfules infula insignes missione donati sunt: ac sessione tertiæ præstituta est dies lunæ post octavam Pentecostes, vigesima octava Maji. Ita finiebatur altera sessio. Paulo post Papa accepit epistolas Hieronymi Asculensis & Bongratii duorum e quatuor Fratribus Minoribus, quos an. 1272. Constantinopolim miserat. Lætus admodum his de litteris cunctos Præsules in templum S. Joannis acciri voluit, ubi S. Bonaventura de reconciliandis Ecclesiis sermonem habuit: tum lectæ sunt epistolæ.

Sæcul. XIII.  
A.C. 1274.

Sup. lib. 85.  
§. 58.

§. XXXVIII.

*Sessio tertia. Constitutiones.*

Tertia sessio erat septimo Junii. Rex Arragoniæ non illi adfuit, & Concilio longam salutem dixit iniquo in Papam animo coronare se renuentem, nisi tributum a Rege Petro patre suo, cum ipsi Papa Innocentius III. Romæ an. 1204. coronam imponeret, sacrae Sedi promissum solveret. In hac tertia sessione Episcopus Ostiensis Petrus Tarantasinus orationem instituit. Tum editæ sunt duodecim constitutiones de eligendis Episcopis, & initiandis Clericis. Illæ sic sonant: Qui se opponent electionibus, & appellati.

7. Junii.

to. II. Conc.  
p. 998.  
Sup. l. 76.  
§. 10.

Ut circa  
appellat.

R r 3

appel-